Prologus

Incipit prologus in speculū exemplorū ex diuersis libris in vnū laboriose collectū

Impressoria arte iam dudum longe lateq; p orbē diffusa. multiplicatisq; libris quarūcūq; fere materiarū frequenter ammiratus sū qua ex re factū sit vt nullus vnq̄ hac arte insignis librū aliquem in lucē protulerit qui ex plurib⁹ diuersorū auctorum opusculis in vnum ꝯgesta exēpla ꝯtineret. presertim cum fere omne hominū amplissimū genus ad rerum gestarum cognitiones vehemētius aspiret. nihilq; sit qd̄ humanū animū abundanti⁹ efficacius q; ad imitationē ꝓuocent q̄ gloriosa facta maiorum. Quāobrem vt testatur Ualerius maxim⁹. ꝯsules romani. ⁊ hi qui romane reipublice prodesse conati sūt. vt nedum ephebaꝫ adolescentum etatē. verum etiā omniū studia ad meliora proueherēt lege sanxerunt quatin⁹ cantores in conuiuijs preclara precedentiū patrum facta ingenijs vatum carminibus comp̄hensa ꝯcinerent. Et hoc apud ethnicos. apud iudeos autē parili voto. sed dissimili fide vir clarissimus Mathatias cū mortu⁹ lecto decūberet congestis in vnū filiis vt eorū audaces animos ad fortiter bellandum pro patrijs legib⁹ concitaret p̄cedentium patrum gesta ꝯmemorās ait. Mementote operum patruꝫ que fecerunt in generationib⁹ suis ⁊ accipietis gloriā magnam ⁊ nomen eternum. Sic Josue sic gedeon. sic fortissimus ducū Machabeus cum vellent singuli militū suorum spūs fiducia vacillante pterritos in prelium animare. in concionē citatis bellaturis fortissime acta maiorū recitarūt. Qd̄ fiebat vt nec fragor armoꝝ. nec citans ad belluꝫ terribilis tuba. nec rubēs in sanguine crudelior hasta. ita prouocatos socios deterreret q̄n potius incitatis animis non solum homines sed ⁊ bestias ferocissimas ⁊ muros ferreos parati essent penetrare. Ne igitur xp̄iana gens ⁊ toti⁹ humani generis illustrior portio hac tam fructuosa re sola careret. horū insigniū virorū tramites insequens vtile duxi ex diuersis patrum historijs pariter et exemplorū libris vnū quēdaꝫ libꝝ colligere p quem legentiū animi non solum rerum gestaruꝫ diuersitate delectarentur ⁊ sūmi opificis ī suis sanctis mirarētur effectus. sed etiaꝫ preclaris et gloria dignis operibus incitarentur ad probitatem. Et hunc librum non ab re vt arbitror Speculum exemplorū statui nominare. eo q̄ facile quicūq; in eo legere contenderit tanq̄ in purissimo speculo aut decorē suū poterit aut deformitatē ꝯspicere. Tunc certe cum se aut similem viderit patribus qui in hoc speculo ob virtutuꝫ insignia dignis laudibus extolluntur. aut certe eoruꝫ se senserit vicijs defedatum q̄rum in eoip̄o malefacta carpūtur. Rogo igitur te nūc p̄dicator supbe qui vt te scientulum monstres te q; magis q̄ xp̄m predices p subtiliū materiarū fastigia volitans indoctam ⁊ simplicē xp̄i plebeculaꝫ ꝯfūdis nō informas. Rogo inq̄ te flecte paululū elatuꝫ scientia

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

verticem et turgidū humanis fauo/
rib⁹ pect⁹ inclina. Parce capiti tuo
parce laborib⁹ tuis .⁊ illas magis
materias plebium aurib⁹ ingere ꝑ
quas non tā in tuas laudes q̄ in di/
uinū amorē ⁊ sue vite correctionem
assurgant.at quia ad hec nil effica/
ci⁹ nil ve forti⁹ mortaliū mentes q̄
exempla ꝓmouent .Sis licz doctor
theologus non vereare queso vnuz
aut duo vel ad mai⁹ tria ex hoc spe/
culo exēpla collecta materie p̄dicā/
de inserere.eo q̄ nec sūm⁹ ille ponti/
fex ⁊ p̄clarissimus ecc̄ie doctor Gre/
gorius veritus sit ꝑplo audituro ex/
empla p̄dicare. Nec illud sapientie
vaste sacrariū xp̄s erubuerit galile/
orū repentinū interitū ⁊ imparē sor/
tem epulonis ⁊ lasari in mediū fer/
re. Vade igitur ⁊ tu fac similit̄.quia
exempla mentē efficaci⁹ mouent.me/
morie firmi⁹ herent intellectui faci/
le lucent.delectant audituz.fouēt af/
fectū.remouēt tediū.vitā informāt.
mores instruūt.⁊ dū sua nouitate sē/
sum ꝓmulcent odiosā p̄dicatori sō/
nolentiam fugāt. Temp⁹ me narrā/
te deficiet si voluero omnes exēplo/
rum dicendorū vtilitates retexere.
Verum ne sub graui iactura tem/
poris tui exēpla tibi ꝓ tpe⁊ matēia
ꝓfutura ꝯfusi⁹ querere cogēris ac ꝑ
hoc tedio reddēris obnoxi⁹ repto/
rium qd̄dam materiarū ꝑ ordinem
alphabeti huic operi p̄posui. Qd̄ si
sagaci⁹ ꝑspexeris neduz facilime id
quod queris inuenies. verū etiam
copiosissimā dicēdi occasionez acci/
pies. Prius tn̄ q̄ in rem ip̄am fera/
mur veliz lector agnoscas q̄ nō om/
nia exempla in hoc speculo exēplo/
rū posita sūt q̄ singuli in suis libris
auctores scribere voluerunt.quia si
hoc facē tentauissē nedū nimis ma/
gnū volumen efficerem .sz etiā mea
estimatione q̄ plurima supflua ⁊ pa/
rū ad rem ꝑtinentia in lucē ferre cō/
pellerer Vtrunqz igitur moderās
nec digna scriptu transsilij.nec ea q̄
paruā mihi edificatiōem habere vi/
sa sunt in voluminis molē ꝯgessi.ne
scz aut parcū emptorē ab emptiōe
preciū.aut studiosū lectorem a lecti/
one ī digna legi materia deterreret
Ea tn̄ que scribere placuit eisdē fer/
me stilo forma mō quibus ab ip̄is
auctorib⁹ conscripta inueni sine vl/
teriori īmutatione annotaui.ne me
tam auctorē efficerē q̄ redderez col/
lectorem.demptis dūtaxat q̄ in vlti/
ma distinctiōe locata sūt.q̄ quia nō
tā ex libris legi q̄ veridica aliorum
relatiōe didici.quia aliud mihi iter
non patuit qūo calam⁹ ferebat̄ ip̄e
ꝯscripsi. Nunc autē quia impariles
noui fere omniū hominum ⁊ diuer/
sos affect⁹.nec eisdem vijs volunta/
tes ferri mortaliuz.esse q̄z ferme tot
sensus q̄t capita.ꝓ rato teneo struē/
tem in calle multos habiturū magi/
stros ⁊ pn̄s op⁹ non eque omnib⁹
placiturū.sed iste istud ⁊ ille illud si/
bi in eo displicē causabitur .atqz sic
in miserū collectorem cui ꝓ labore
gratiam debuerāt graues fulmina/
būt querelas.quas quia mihi ad su/
perbiā ꝓno non min⁹ ꝓfuturas q̄
vanos noui fauores laudantiū q̄n/
tū me adiuuat dn̄s. nō patiētissime
mō q̄netiā gratissime ferā.hoc vnū
petens a lectore stipendiū vt pium
Jesum ꝓ me dep̄cari dignetur vt d̄
cetero in omnib⁹ q̄ actur⁹ sū sibi ma/
lim q̄ hominib⁹ ꝯplacere. Preserti
quia temerariū hominū gen⁹ tā ad
iudicandū ꝓcliuū est .tāqz feruidis

velis ad aliena opa arguenda inue-
hitur vt gubernantē omnia deū au
sit nōnūq̄ arguere.ac ꝯtra suauiter
vniuersa moderātē blasphemo ore
garrire ꝙ nō ad suū libituꝫ arentia
fecerit arua virere.nec fecundandis
glebis raras hymbriū guttas e nu-
bilo celo defuderit. Nō igitur vere-
bor sub tali duce contra silleos ca-
nes bellū inire sp̄ sine rōne latrātes.
Sꝫ dicat q̄sq̄ qd̄ velit.agat qd̄ libꝫ
arguat laceret reprehendat.ꝛ rē ali-
ter atq̄ aliter faciendam, ordinan-
dā q̄ fuisse dicaci ore suggillet.ego
xp̄o magis q̄ hominib⁹ placere cō-
tendēs.ꝯtēptis fauorib⁹ tam cito fu-
gacibus ad laudem dei animarū q̄
ꝓfect⁹ hoc ordine op⁹ incipiam.

Explicit prologus.

Incipit speculū exemplorū ex di-
uersis libris in vnuꝫ laboriose colle-
ctum.et p̄mo ex dialogo Gregorij
pape.

Exemplum p̄mum.

Menantij q̄ndā
patricij in sam-
nij partib⁹ vil-
la fuit in qua
colon⁹ eius fi-
lium Hono-
ratum nomine
habuit qui ab
ānis puerilib⁹ ad amorē celestis pa-
trie per abstinentiaꝫ exarsit. Cū q̄
tam magna conuersatione polleret
sese q̄ iaꝫ ab ocioso quoq̄ sermone
restringeret multū q̄ vt prefat⁹ suꝫ
per abstinentiā carnē domaret die
quadā parentes ei⁹ vicinis suis ꝯui-
uium fecerunt in q̄ ad vescendū car-
nes parate sunt. Quas dum ille ad
esum contingere ꝓ amore abstinen-
tie recusaret ceperūt eum parentes
ei⁹ irridere ac dicere.comede.nūq̄d
tibi in his montibus piscez allaturi
sum⁹? Illo vero ī loco audiri piscis
ꝯsueuerat non videri. Sed cuꝫ his
sermonibus honoratus irridēt re-
pente in cōuiuio aqua defuit ad mi
nistēiū.situla lignea sicuti mos illic
erat mancipium ad fontem ꝑrexit.
Dū q̄ hauriret aquā piscis situlam
intrauit.reuersū q̄ mancipiuꝫ ante
ora discūbentiū piscem cū aq̄ fudit
qui ad totius diei victum potuisset
Honorato sufficere .mirati sūt om-
nes.tota q̄ illa parentuꝫ irrisio ces-
sauit. Cepere nāq̄ in Honorato ve-
nerari abstinentiā quā ante deride-
bant. Sic q̄ a dei homine irrisiōis
detersit opprobria piscis de monte
Qui cū magnis virtutibus crescēt
a predicto dn̄o suo libertate dona-
tus est.atq̄ in loco qui fundis dicit̄
monasteriū construxit in q̄ ducēto-
rum fere monachorum pat̄ extitit.
Ibi q̄ vita illi⁹ circūquaq̄ exēpla
dedit eximie ꝯuersatiōis. Naꝫ q̄dā
die ex eo monte q̄ ei⁹ monasterio ī
excelso prominet ingentis saxi mo-
les erupta est qui per diuexū latus
montis veniens totius ruinā celle
omniū q̄ fratrū interitum minabat̄
Quā cum venientez desup̄ vir sāct⁹
vidissꝫ.frequēti voce xp̄i nomē īuo-
cans extensa mox dextera signuꝫ ei
crucis opposuit.eaꝫ q̄ in ip̄o diuexi